Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

101

bene confert. qui in hoc aut raynerij balneo lavatur /
salsis / aut leguminibus non utatur. Sancte lucie
In proximo / sancte lucie balneum est sic dictum / quia
mirabiliter confert oculis / quorum defensionem hanc glo
riosam virginem habere dicunt. Dolorem capitis et iuncturarum
tollit, oculorum et cataractas non inveteratas / et nebulas
destruit, auribus prestat auditum / et removet sonitum.
Hoc aliquando cecos illuminavit. Balneum sancte marie vel arculi
Non minus laudabilis arculus. a forma fabrice et
brevitate loci / diminutivum nomen accipiens / qui
fervens et calidus / et par aptat. animi a frigiditate et
reumate caput absolvit. oculos a lippitudine et ~~ocra lima~~
liberat. Stomacum sibi roborat, sopnolenciam nimiam /
vel vigilanciam removet / et utramque extremitatem deducit
ad medium. Arculus a quibusdam de sancta maria dicitur.
In hoc crucis balneo sepe miracula Balneum crucis.
cernimus. Quis numeret quot alienis brachijs et
pedibus adductos seu baculis substentatos / hoc lavacrum annis
singulis sine alterius adiutorio remictit ad propria.
Et podagra eciam per tempe mirabiliter liberat / iuncturas et nervos
sanat. flegma in corpis inbibitum expellit. tumorem sple-
nis et iecoris solvit. ydropicis ex grosso flegmate sub-
venit. ventri et ypocondrijs prodest. Et quia confert ma-
nibus / pedibus et lateri in quibus sunt insignia dominice
passionis, ideo de cruce notatum est. De succellario.
Prope et subtus horrendam cumane sibille domum
que averno preheminet. quasi ex quadam cella.

[Margin, left:] eteri

[Margin, right:] et par

[Margin, right:] alio vulgariter dicitur scassabudello